



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Philippicæ Sive Invectivæ LX. In Notorios Peccatores

Hartung, Philipp von

Egræ, 1687

Philippica 46. in mendaces & perjuros.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76172](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76172)



PHILIPPICA XLVI.

In Mendaces & Perjuros.

DOMINICA XI. POST PENTECOSTEN.

Loquebatur rectè Marc. 7. v. 35.

§. I.
Paucos
numerare
est, qui lo-
quantur
rectè.



Magna est laus illa, quam perfanato hodierno muto dedit Evangelista: *loquebatur rectè. rectè loqui paucorum est, quia non nisi perfectorum teste Jacobo c. 3. v. 2. si quis in verbo non offendit, hic perfectus est vir.* nunquam pedibus toties tamque periculosè, quàm linguâ offenditur, nam ut nihil dicam de ijs, qui *venenum diaboli*, ita turpiloquium vocat Sanctus Augustinus ferm. 115. de temp. proferunt; nihil de ijs, qui nomina sacra in rebus profanissimis usurpant immemores illius Deut. 5. *non usurpabis nomen Dei tui frustra, quia non erit impunitus, qui super re vana nomen ejus assumpserit*; nihil de ijs qui imprecantur totâ die, experturi certissimò imprecationem Davidicam ps. 108. *dilexit maledictionem, et veniet ei*, sicut venit Popielo Principi polono imprecari singulis poenè momentis solito: mures te devorent, & verò ipse cum uxore & filijs devoratus est, licèt se in Goplo lacu turri inclusisset; nihil de sexcentis alijs linguæ vitijs. contra bilingues potissimùm & perjuros, quibus præstaret mutis esse quàm loqui, hodie proloquar, & quàm enorme utrumque scelus sit, quantâ potero brevitate ostendam. Rectè proinde & simpliciter contra duplicitatem ac perversitatem linguarum loquentem rectissimis animis auditote,

Tam familiare & corruptæ naturæ agnatum est mendacium, ut Lycosthenes affirmare ausus sit, facilius piscem sinè spinis, nucleum sinè cortice, corpus sinè umbra, quàm sinè mendacio hominem inveniri posse; quod eò facilius credo, cum psaltes Spiritu Veritatis imbutus asserat: *omnis homo mendax*, quin & mundum universum Philosophorum non nemo vocare audeat: *forum impostorum*. utinam in unica duntaxat Insula (de qua Diodorus Siculus lib. 31.) homines cum divisa nascerentur lingua, & non homines plerique bilingues forent, & cum lingua humana copularent diabolicam, juxta id Chrysostomi homil. 76. in Matth. *diaboli linguam habet, qui ut diabolus pater mendacij loquitur*. Non est permissus in paradiso diabolus assumere speciem philomelæ, aut Cygni vel Aquilæ, non formam leonis, alteriusve generosæ animantis, sed serpentis, quia serpens totum virus habet in lingua eaque bifida, ut doceremur, ait iterùm Orator aureus homil. 52. in Matth. *vehiculum esse diaboli linguam mendacem*.

Gentium Doctor ad odium mendacij incitaturus Ephesios ita monet: *omnis sermo malus de ore vestro non procedat*, causamque mox adjungit v. 30. *nolite contristare spiritum Sanctum, in quo signati estis, quasi dicat; qui sermonem emittit malum*

§. 2.
Mendacium vitium comunissimum.

ps. 115.
v. 11.

§. 3.
Mendacium contristat spiritum Sanctum.

malum, contristat Spiritum Sanctum. at quis ille sermo malus? in hebræo est: sermo *putris & corruptus*, videlicet mendacium, quod nos *putrem piscem* vocare solemus. falsus sermo antonomasticè malus dicitur, quia omnis malitia ibi habitat, ubi falsitas regnat; & hæc causa est, cur contristetur Spiritus Sanctus, quia videlicet Spiritus malus mendacij pater facillimè perfundat virtutes omnes, & quemadmodum Adamū paradiso ejecit, dum mentiri illum docuit, ita cælo expellit homines, & ex hominibus Dei imaginem, dum mendacij inducit amorem; *nolite contristare Spiritum Sanctum, in quo signati estis.* quale istud signum sit ex psalmo quarto didicimus: *signatum est super nos lumen vultus tui.* hoc est, ut ex Augustino Bellarminus explicat: Spiritus Sanctus dedit unicuique homini lumen rationis, quod dirigit nos, quid agendum, quid loquendum sit. in baptismo signati insuper sumus lumine gratiæ ita, ut ex hoc ipso capite à quavis falsitate abhorreere debeamus, quia Christiani sumus. Sanctus Anselmus liberalissimè credebatur omnibus, teste Surio 2. Apr. putans mentiri non posse Christianos, sed veriùs quàm ille Ethnicus dicere posse: *mentiri non est meum.* quare monitus, nè tam facile crederet imponentibus, plena esse mendacijs omnia, mundum in Cretam abuisse, diciq; rursus posse; *Cretenses semper mendaces* Tim. I. respondebat Anselmus: nunquid non Christiani sunt, quomodo ergo mentiri possunt? dictum bene! mentiri non potest, qui Christum confitetur, quia Christus Veritas est, hanc qui negat, Christum negat, Spiritum Sanctum contristat, signaculum divinum in anima sua deletum cupit.

§. 4. Mendaces potissimum portabant ex collo

Sapphirum, cui insculptum erat nomen: *Veritas*. Desumpsisse hæc cærimoniam videntur Ægyptij ab Hebræis, quorum Sacerdos summus in rationali suo inscripta gestabat vocabula: *Urim Tummin: Doctorina Veritas.* sed utinam nos in mente, in corde & lingua potiùs, quàm in auro & sapphiro insculptam geramus Veritatem, ut retineamus Sanctum Spiritum, in quo signati sumus. Monet proinde iterum Apostolus 1. Cor. 15. *sicut portavimus imaginem terreni Adami, portemus & imaginem celestis.* in quæ verba aptissimè Doctor Angelicus: *qui loquitur mendacium, diaboli figuram gerit & imaginem, hic enim mendax est ab initio: aliquando auditurus est princeps mendax, qui denarius falsus est, verba illa: cuius est imago hæc & superscriptio? & cum responsum fuerit: diaboli; dicitur statim: reddite ergo quæ sunt diaboli diabolo.* imaginem proinde Veritatis confervemus, ut veri Christiani & filij simus Excelsi; falsitas namque servorum non filiorum est: *filij alieni mentiti sunt mihi* ps. 17. non filij, non nobiles, non Christiani sunt, sed alieni, sed servi, sed abortivi. *Non decet principem* (dicam ego Christianum, omnis enim unctus in Regem est juxtà id: *fecit nos regnum* Apoc. I.) *labium mentiens* ait Salomon Prov. 17. v. 7. quare Alphonsus Arragonum Rex agebat, simplex verbum principis tantum valere debet ad fidem, quantum privatorum iusjurandū, ante hunc verò Ptolomæus Ægypti Rex interrogans unum aliquem ex septuaginta Interpretibus, quos in Ægyptum è Judæa vocaverat, quâ ratione quis Veritatem colere inviolatam posset? hocce responsum tulit: si primū statueris magnum dedecus esse omnibus hominibus mentiri, multò verò magis Regibus, qui cum habeant

cium figuram diaboli.

Ælianus I. 14. c. 34.

S. Thomas opusc. de princip. crud.

ant potestatem agendi, quæ velint, cur mentiantur, non habent. Deinde si hoc etiam consideraveris, Deum esse veritatis amatorem.

§. 5.
Mendacium quam exosum Ethnicis.

Certè vel ipsis gentilibus tam grave visum est mendacium, ut Persæ ac Indi deprehensum tertio in mendacio exauthorarint; Artaxerxes verò linguam tribus affigi clavis iusserit; Demosthenes non minori dignum supplicio iudicavit, quam nummos adulterantem; Claudius Imperator canibus & avibus infepultum objici, ædes dirui, bona confiscari, uxorem & liberos in exilium deportari mandavit cujusdam Pamphili mendacis; Trajanus similiter Regis Thraciæ filium regno paterno, prout decreverat, non restituerit propter mendacium commissum, dixerat namque se ex schola reverti, quem Trajanus viderat in horto fructus carpentem, unde indignatus Imperator: *non decet Romanam veritatis Matrem rem habere filium mendacem.* ò quantò magis non decet Ecclesiam Catholicam, non decet Christum Veritatis authorem habere filium, discipulum, servulum mendacem.

§. 6.
Mendacium gravissimum exaggravata.

Mendacium perdidit primos parentes, perdidit Cainum, perdidit Ananiam, & Saphiram. Tam grave mendacium est, ut dicat Psaltes ps. 5. v. 7. *odisti omnes, qui operantur iniquitatem, perdes omnes, qui loquantur mendacium, reliqua peccata Deus odit, mendacium perdit.*

Tam grave mendacium est, ut doceat Fornerus super illa psalmi 50. verba: *Ecce enim veritatem dilexisti, à Christo esse ex quavis sceleratorum tribu quosdam electos ad vitam, solis mendacibus exceptis, ex publicanis & furibus elegit Matthæum & Zachæum, ex meretricibus & adulteris Magdalenam & Samaritanam, ex idololatræ Regulum, Centurionem, & Chananæam, ex*

latronibus Dismam, ex mendacibus neminem.

Tam grave est mendacium, ut juxta doctrinam Sancti Augustini lib. de mend. non liceat mentiri pro ullius boni causa, nec pro ullius salute æterna, nec pro toto mundo.

Tam grave mendacium est, ut dicat Sanctus Thomas lib. 2. q. 110. a. 4. ad 5. docere quosdam, *quòd perfectis viris omne mendacium est peccatum mortale.* certè si extrà omnem est controversiam peccare mortaliter illum, qui de viro gravi & persona publica dicit esse mendacem, quantò gravius est revera mendacem esse.

Tam grave mendacium est, ut damnati de hoc maximè dolere videantur Sap. 5. *ergo erravimus à via veritatis.*

Tam grave mendacium est, ut iudex supremus propter hoc peccatum præcipuè apparere velit Osee 4. *judicium Domini cum habitatoribus terræ: non est veritas: maledictum est mendacium inunda verunt* (fluvius non dicitur inundare, cum intra ripas manet, sed cum eas egreditur, mendacium olim inter fervos, jam inter Reges & principes) *de fecit veritas.* Ecce causa judicij, quam & Paulus attingit Rom. 1. *revelatur de celo super omnem impietatem & injustitiam hominum eorum, qui veritatem Dei in injustitia detinent.* Omnis impietas eos inhabitat, qui facti sunt veritatis lictores & carnifices.

Nemo libenter mendax sed potius verax audit, cur ergo esse vult? studeamus proinde veritati, ut Epaminondas in die judicij nos non accuset, quòd ipse Ethnicus nunquam sit mentitus, & nos Christiani studeamus veritati, ut in morte lætari possimus cum Ferdinando Rege Lusit. cum Cardinali Bellarmino, cum Anachoreta Ruffino: ab hac die & hora nunquam mentitus, semper

per verax; utque illud Abbatis Beni detur nobis elogium? *nunquam iratus, nunquam mentitus.* Rogemus cum Salomone Prov. 30. *duo rogavi, ne deneges antequam moriar, vanitatem & verba mendacij longe fac à me.*

§. 7.
Perjurium character reproborum.

Zach. 5. à
v. 3.

Sed jam quid dicam de perjurio, in quod facillimè devolvuntur mendaces juxta vetus illud: qui mentiri solet pejerare cōsuevit. sufficiat de nefando hoc scelere dixisse cum Augustino ep. 154. *pejerare immane peccatum est, certissimæque æternæ reprobationis nota.* Quod si poenam quoque temporalem spectemus, pleni sunt tragicarum historiæ libri contestantes nunquam omninò impunè juratum fuisse. Vidit Zacharias volumen volans, vicenos longum cubitos, decem larum, in quo consignata erant perjuratorum supplicia: *hec est maledictio quæ egreditur.* (in præsentem etiam vitam) *super faciem universæ terræ* (ita ut unus ob noxam & perjurium regio integra, imò totus terrarum orbis plectatur) *quia omnis fur sicut ibi scriptum est, judicabitur, & omnis jurans ex hoc similiter judicabitur.* furi perjur⁹ conjungitur, quia omnis perjurus fur, imò plusquam trifur est, qui Deo veritatē & justitiam & sanctitatem, proximo suo famam, Christiano nomini splendorem, sibi quoque vitam & salutem suffuratur. *educam illud quod in libro consignatum est, dicit Dominus exercituum, & veniet ad domum furis, & ad domum jurantis in nomine meo mendaciter, & commorabitur in medio domus ejus* (transit alios divina vindicta, apud perjuros verò hospitatur) *& consumet eam & ligna ejus & lapides ejus.* non in perjurum duntaxat, sed in familiares quoque ejus, imò in ligna & lapides divina Nemesis desævit, nec desævire ces-

fat, dum non supersit ampliùs, in quod animadvertat. unde perjurum apud Hebræos *alah* ab *Elil* quod significat nihilum, vel *jalal*, quod ululatum, deducitur, quia perjurum homines ad nihilum deducit, tristissimūque, qui ex annullatis corporis fortunæque bonis conficitur, ululatum.

Experta est hunc ululatum universa Judæa, atque imprimis domus Saulis de qua 2. Reg. 21. legere est: *facta est fames in diebus David jugiter, & consuluit David oraculum Domini, dixitque Dominus: propter Saul & domum ejus sanguinum, quia occidit Gabaonitas, filij quippe Israël juraverant eis, ne perimerent eos.* Sciendum est, inquit Lyranus interpretis loci hujus, quod Iosue & principes Israël juraverant Gabaonitis, quod non interficerentur. Saul autem cum regnaret, interfecit, multos eorum contra præstitum juramentum, quapropter triennialis Judæam fames invasit, nec depelli priùs potuit, quam septem ex filiis Saul traderentur Gabaonitis crucifigendi. nimirum nunquam non verum est illud Siracidæ: *Vir multum jurans implebitur iniquitate* Eccl. 23. v. 12. *& non discedet à domo ejus plaga.* Syrus habet: *Vir jurator acquirit delicta, & non auferetur à Domo ejus colaphizatio*, ut parato velut ære solvatur, luantque dentes posterorum, quod linguæ perjuratorum parentum peccaverant, juxta illud Claudiani in Curtium:

In proles se dilatant perjurii patris,

Et penam merito filius ore luit.

Quid! quod elementa in perjuros grassentur, & hanc humano generi maculam nè propagetur in plures, diluere fatagant. Est juxta Tyanæ [ita Philostratus lib. 1. c. 4. de Apollonio] aqua Jovi sacrata, quam in-

§. 8.

Propter perjurium Saulis totum regnū punitum.

Iosue 9.

Eccl. 23. v. 12.

Jovi sacrata; quam indigenæ inextinguibilem vocant. fons ejus frigidus ebullit, non fecus ac igne calefactus lebes; hanc puris & juramenti fidem servantibus aspectu placidam & gustu dulcem esse perhibet, perjuris verò infidis palam adversatur. epota namque oculos pedesque ac manus pejerantis invadit pustulis ac vomitibus totum corpus inquinans. neque illinc discedenti facultas datur, sed ibidem permanentes coram aqua ipsa suam deplorant calamitatem palam, quod perjerarint profitentes. hæc ille, longè acerbius in perjuros grassabitur ignis inextinguibilis, & sulphureus ille lacus, in quem ligatis manibus pedibusque indubiè projicientur, qui projectâ nunc conscientia & exercitâ in Deum linguâ pejerare præsumunt.

§. 9.
Perjuri
flagitiosissimi.
Epist. 67.

O perjuri! cum Simocatta Oratorum græcorum disertissimo vos alloquor: *o perjuri omnium flagitiosissimi!* nescitis effrenatam linguam vestram graviores delicti pœnas dare? qui verbis delinquitis, rebus plectemini. levis res jusjurandum esse videtur, cum omni onere sit gravior, hinc etiam Tantalus pœnis afficiebatur, nam in divinis rebus linguam habuerat inmodestam. ita ad Ethnicos. Ad Christianos verò Ethnicis deteriores hæc sensatissimè S. Salvianus lib. 4. de gubernat. mundi: si pejeret Francus (si pejeret barbarus, Ethnicus, Atheus) quid novi faceret? at pejerare Christianum, hoc enim verò quovis sceleris immanius est. noster ergo hic peculiariter reatus est, qui legem divinam legimus, & legalia semper scripta violamus, qui Deum nôsse nos dicimus, & jussâ ejus ac præcepta calcamus, ac per hoc eum spernamus, quem coli à nobis credimus atque jactamus, id ipsum quod cultus Dei videatur, injuria

est. Tantus apud nos Dei honor est prohibentis etiam jusjurandum. hæc falsè Salvianus, Si jusjurandum Deus prohibet, quanto magis perjurium vetat & vindicat. ò quot catholicos in die judicij confundet Clinias Pythagoræ intimus, qui maluit tria talenta solvere, quàm etiam ex vero jurare, uti refert S. Basilus ferm. de utilitat. ex lib. gentil. capienda, quot coram justo iudice condemnabit Alexander Macedo, qui cum Lampfacum urbem diruere decrevisset, jamque exercitum eodem duceret, obvium habuit Anaximenem Philosophum suum, suspicatus id quod erat Alexander, prævenit oratorem, exclamavitque *juro me non facturum, quod Anaximenes;* quo audito Philosophus: peto, inquit, ut Lampfacum diruas, captum hic se sentiens Alexander, nè perjurij reus foret, exercitum removit, omnemque Lampfaco permisit indemnitatè. quam pauci Nazianzeni, qui in morte gloriari possint: *proposui nunquam jurare & juravi nunquam,* quod ipse de se testatur in carm. de vita sua. ò quod profutur in illa die Pericles gentilis, qui ab Amicorum intimo rogatus, ut pro eo fortunarum capitisque periclitante perjurium diceret, sapientissimè respondit: *amicus usque ad aram,* ad jurandum videlicet dicendum, quod impositâ super aram manu fieri solebat.

Contra perjuros declamans Chrysofostomus, increpat, obsecrat, vocat, & lachrymis instat & ab exitiali hac consuetudine Antiochenos suos, dehortatur: rogo vos (Chrysofostomum recito) ut Sancti Joannis capitulum abscissum adhuc calido cruore, distillans sumatis & existimetis ante oculos habere ipsum vocem emittentem & dicentem: habe oculo jugulatorem meum juramentum, quod enim ira non potuit tyran-

§. 10.
Chrysofostomi oratio in perjurium.

S. Chrysofostomus hom. 14. ad pop.

rannica, hoc iuramentum effecit.,
 licet enim valde simus ignavi, ca-
 pitis illius oculos intuiti terribili-
 ter nos respicientis & minantis ju-
 rantibus, fræno omni vehemen-
 tius per timorem hujusmodi re-
 pressi, cohibere linguam facile po-
 terimus à jurandi præcipitio. uti-
 nã mihi liceret frequenter animas,
 jurantium ipsorum oculis subjice-
 re, & vulnera & cicatrices, quas,
 quotidie capiunt à juramentis o-
 scendere, nõ enim sic admonitionis,
 aut consilij indigeremus, quoni-
 am vulnerum omni sermone po-
 tentius huic improbæ consuetudi-
 ni etiam plurimum adhærentes à
 malitia abducere possent. ,

Rursus idem homil. 26. ad pop.,
 visionem Zachariæ interpretatus,
 non volumen volans, sed falcem,
 volantem cum septuaginta legit &,
 sic explicat: volans velocissimam,
 ultionis cursum significat perjuriam,
 sequentem; multorum verò cubi-
 torum latitudo & longitudo vehe-
 mentiam indicat, & magnitudi-
 nem malorum. at ex cælo volare,
 ex superno tribunali sententiam,
 ferri falcem verò formam inevi-
 tabilem supplicij fortem; quod si,
 perjurus evadit, nõ confidat, nõ
 gloriatur, ad suum enim malum,
 hoc fit. nam quid cæsetis post Ana-
 niam & Saphiram, eadem quæ il-
 li sunt ausi, quomodo ergò eadem,
 non sunt passi; non quia illis remis-
 sum sit, sed quoniam majori dif-
 feruntur malo. multa namq; per-
 petrantes, nec dantes pœnam.,
 magis timere debent, augebunt e-
 nim eis supplicia propter impu-
 nitatem, & Dei longanimitatem.,
 itaque nõ attendas, quod non pu-
 niris, sed nõ pecces. Multi Pharao-
 nis scelera commiserunt, sed Pharaonis
 pœnas nõ dederunt, nec in mari ru-
 bro submersi sunt. quoniã pelagus,
 eos expectat abyssi, ubi non suffo-

catio, nõ finiatur supplicium, sed,
 in æternum necesse est affari, tor-
 queri, consumi. Multi Israëlitica,
 delicta sunt aggressi, sed eos fer-
 pentes non momorderunt, ma-
 net autem eos vermis, qui non,
 morietur. Multi Giezi peccata,
 perpetrarunt, nec tamen leprã,
 respersi sunt, eos tamen manet,
 pro lepra in duas partes secari, &
 cum hypocritis poni. Multi quoq;
 jurarunt & pejerarunt, si verò fuge-
 runt quoq; nõ confidam, iminet,
 enim dentium stridor non statim,
 sed post alia peccata, quò gravior,
 sit ultio. quod in fratribus Ioseph,
 & Achab ostendit & concludit: *dat,*
tibi Deus temporis præfinitionem, ut,
ablui possis, cum verò persevera-ve-
ris, tunc demum infliget pœnam. ,

Denique ut omne trinum per-
 fectum sit, eundem Chrysostrumum
 tertio in perjurium detonantem,
 accipite: ego autem demonstrabo,
 non unam, aut alteram domum,
 propter perjurium destructam,
 sed civitatem totam. etenim Ierusa-
 lem civitas Dei sanctam arcam ha-
 bens, & magni Dei cultum, ubi,
 prophetæ fuerunt, & Spiritus gra-
 tia, & tabulæ testamenti, ubi An-
 geli incedebant, hæc civitas inu-
 meris nascentibus bellis, & multis,
 barbaris incurfantibus, tanquam,
 muro ex adamante circumdata,
 sic omnes illos semper derisit, imò,
 semper plagam gravem hostibus,
 inferens, sic eos emittebat, tan-
 quam à Deo nacta erat providen-
 tiam. Verumtamen Dei civitas
 chara tot elapsa periculis, & in-
 multis peccatis veniam affecuta,
 solo juramento prostrata est. Se-
 decias enim Rex iuramentum de-
 dit Nabuchodonosori Regi barba-
 rorum, quod in ipsius auxilio per-
 maneret, postea defecit, & ad Æ-
 gypti Regem transfugit iuramen-
 ta parvi pœdens, quid inde factum,
 est

hom. 19.
ad pop.

est, inquit Scriptura 4. Reg. 25. in anno nono regni ejus, in mense decimo, in decima die mensis venit Nabuchodonosor Rex Babylo- nis ipse, & omnis exercitus ejus in Jerusalé, & circumdederunt eam, & extruxerunt in circuitu ejus munitiones. poterat Deus statim à die, primo ipsos tradere, sed propterea intra annorum tempus contem- ri permisit, & ipsos obsidione premi gravissimâ, ut & militum extrinsecus timore, & fame civitatem intrinsecus premete castigati, vel invitum Regem barbaris subdi- cogerent, & aliquid prætereâ re- medij fieri. implacabilis est enim Deus contemptis juramentis. Hæc Chrysofostomus, qui cum fusè cladem urbis & excæcationem Regis descripsisset, sic concludit: *fra- tres igitur hoc scientes ab hoc stulta consuetudine jurandi cessemus, sic, supplico & oro omnes.*

& immania perjuris parata sup- plicia ob oculos ponam. Increpare ergo cum pro rei dignitate, imò indignitate hujusce sceleris non pos- sim, obsecro & cum Augustino ac Chrysofostomo singulos obtestor: *laborare debetis & configere ad- versus consuetudinem vestram malam, malam inquã & valde malam, & tol- lere jurationem, imò perjuriam de omnibus vestris, pejerare enim imma- ne peccatum, & totius exitij princi- pium est.* Adjuro proinde ego vos per Deum vivum ac verum, qui est testis fidelis ac verax, & per diem adventus ejus, in quo stabitis ad reddendam cujuslibet verbi otiosi, quantò magis perjurij rationem, ex hac die, hora, momento ab omni perjurij specie cavete, veritatem simplicem diligite, mori quàm jurare eligite, rectè loqui discite, ite.

S. Aug.
ferm. 11.
de decoll.
Joan. Bap.

§. II.
Perjuri-
um est to-
tus exitij
principiũ.

Deficiunt hic me verba & vox
& latera, quibus in inveteratam
pejerandi consuetudinem invehar,

* * *
* * *



PHILIPPICA XLVII.

In Inconstantes.

DOMINICA XII. POST PENTECOSTEN.

Homo quidam descendebat ab Hierusalem in Jericho. Luc. 10. v. 30.

§. I.
Homo
descen-
dens in Je-
richo sig-
nificat in-
constantẽ.

DEr hominem Hiero- solymâ in Jericho peregrè abeuntem ego mihi hominem le- vem & inconstantem interpretor, qui ex urbe Solis in domum lune (hoc enim nomen Jericho interpretante Hieronymo sonat) ex visione pacis in martium discordiæ campum, ex virtute in vitium, ex via salutis re-

gia, in damnationis labyrinthum, ex cœlo in cœnum, ex semita di- vinorum mandatorum, in devium noxiæ libertatis, ex paradiso in abyssum, ex loco sinceræ voluptatis in lacum obscœnitatis declinat. dignus proinde vocari homo ille, de quo Job. *nunquam in eodem statu permanet*, semper alius, nunquam idem. Hominem hunc depingens Siracides, cornua eidem stultitiæ
Ii ap-

Job. 14. v. 2

Eccl. 27. v. 12.